IN GERMANICAS TABVLAS VTILIS ET PRÆNOSCENDA INSTRVCTIO.

QVANDOQVIDEM Imperium Romanum penes Germanos est, & politicè admodum in sua membra diuisum, opere precium existimaui eius dispositionem & ordinem, qualis in scripto, quod matriculam Imperij vocant extat, hodieq; in vsu est, oculis subijcere: deinde in tabulis sua quæq; Imperij membra cõmonstrare, quo vbi terrarum quæq; sedem habeant, studiosus politiæ lector facilè reperire possit. Duo autem eius matriculæ exemplaria sum nactus, vnum scriptum, alterum Venetijs Italica lingua excusum; vtrumque plus satis deprauatum, & multo aliam huius matriculæ formam nunc in Imperio extare intelligo, proinde nemo quæso mihi vitio vertat, nemo offendatur oro, si quæ Imperio hîc adscripta inueniat, quæ illius non sunt, aut si quæ sunt omissa, non enim mea est intentio de omnibus singulisque Imperij membris definitè dicere, neque id mihi ex corruptis admodum exemplaribus fuit possibile, præcipuè cum sciam multa quæ olim Imperij fuerunt, post in priuatum Principum ius cessisse, siue permutatione, siue oppignoratione, siue donatione ob insignia erga Imperiũ merita, siue redemptione, siue alijs de causis, neque verò ista quæ politicorum sunt nõ geographorum studia prosequi meum est, sed ex qualicunque matriculæ exemplari hoc tantum quæro, vt elegantissimam Imperij dispositionem, & per Germaniam distributionem ostendam, duoque studia, geographiæ & politicæ administrationis quomodo se mutuò illustrare possint, declarem. Est ergo talis Imperij constitutio & ordo.

Imperator caput est Imperij.

Et tria sub se habet membra, quorũ comitijs de omnibus Imperij negotijs cõsulitur & concluditur, videlicet Electores septem, qui sub Gregorio X. anno Domini circiter 1273. primũ instituti, & à Carolo quarto Imperatore confirmati sunt, vt ostẽdit Onuphrius in Comitijs Imperatorijs, & Ioannes Auentinus lib. 5. historiæ Bauaricę. His solis cõpetit Imperatoris electio. Secundum membrum sunt Principes Ecclesiastici & sæculares. Tertium ciuitates liberæ.

Primum igitur membrum Imperij sunt 7. Electores.

Archiepiscopus Moguntinus Imperij Romani Archicancellarius per Germaniam.
Archiepisc. Treuirensis Impe. Rom. Archican. per Galliam & Regnum Arelatense.
Archiep. Colonien sis Imperij Rom. Archicancellarius per Italiam.
Rex Bohemiæ Imperij Ro. Archipincerna.
Comes Palatinus Rheni Imperij Romani Archidapifer.
Dux Saxoniæ Imp. Rom. Archimarscalcus.
Marchio Brandeburgẽsis Imperij Romani Archicamerarius.

Secundum membrum est Principum virorum & Nobilium.

Nomina locorum vulgaria ponam, vt sunt in tabulis, & numeros apponam Circulorum in quibus postea repetuntur, quo facilius in tabulis inueniri queant.

Archiepiscopi.		Chur	4	Minden	7		
Magdeburg	9	Halberstatt in 9. opinor circulo		Lubeck	8.9		
Saltzburg	2	Ferden	7	Vtricht	7		
Besancon	5	Munster	7	Camin	8		
Bremen	9	Osenbrug	7	Svverin	9		
Episcopi.		Passavv	2	Geneue	5		
Bamberg	1	Frisingen	2	Camerick	7		
VVurtzpurg	1	Kempse		Verdun	5		
VVorms	5	Gurck alias Goritz	3	Losan	5		
Spier	5	Seckavv, Segouia	3	Metz	5		
Strasburg	5	Hauandt		Toul	5		
Eichstatt	1	Basel 5		Luyck	7		
Pr. Augspurg	4	Sitten siue VVallis	5	Trent	3		
Costnitz	4	Regensburg	2	Brixen	3		
Hildesheim	9	Maissen	8	Merspurg	8		
Paderborn	7	Naumburg	8	Labach	3		

GERARDUS MERCATOR *Atlas sive Cosmographicæ Meditationes de Fabrica Mundi et Fabricati Figura* DUISBERG, 1595 THE LESSING J. ROSENWALD COLLECTION, LIBRARY OF CONGRESS Octavo